

949 Boulness, . . . an altar which is built up in a house belonging to one Mr. Lawson, about 16 feet from the ground CLERK apud HUTCH. At Boulness I saw a very curious Roman altar that some time ago was found in a field a little to south-east of the Roman station there, at present built up over the arched entrance to a barn in the village BRAND. Rep. a. 1739; Mr. Lawson placed it over a barn door fronting the street ROUTH apud GOUGH. Over the door of the barn of John Hodgson HODGS. Over a stable door in the middle of the town BRUCE. Est arula alta ped. 1 dig. 3, lata dig. 10.

I O M
 PRO SALVTE
 DD NN GALLI
 ET VOLVSIANI
 5 AVGG SVLPICIVS p. C. 252
 SECVNDIAN
 VS TRIB COH
 POSVIT

Baron Clerk epist. ad Rog. Gale apud Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 490 in tab. ad p. 410 fig. 22; Brand *Newcastle* 1 p. 617; Goughs *Camden* 3 p. 440 ex epistula of Mr. Routh to Gale, Nov. 1, 1741 (additur: Mr. Gilpin gave the society of antiquaries, 1740, an account of this altar); Lysons *Cumberl.* p. 152, 29 (inde Newton p. 109, 26); Hodgson 2, 3 p. 227; Bruce *wall* p. 304.

Nomina imperatorum videntur in litura reposta esse; Brand certe puncta collocat supra litteras versus 3; infra v. 5 Gough, Lysons, Bruce. 6. 7 SECVNDINVS | VS Gough, SECVNDINVS | VS Lys.

949 a Nuper in Bowness tituli similis fragmentum hoc prodiit.

DD NN Galli et
 VOLVSIANI augg.
 SVLPICIVS Secun
 5 DIANVS TRIB unius
 COH POSVIT

Bruce misit m. Sept. a. 1871 ab amicis acceptam.

950 Built over the door at the Steamer Tavern near Bowness HODGS. In front of the Steam Packet Hotel, Port Carlisle BRUCE. Ara parva.

M A T R I
 BVSSVIS
 M I T

Hodgson 2, 3 p. 227 qui v. 3 omisit; Bruce *wall* p. 303.

De matribus Suessionum (?) cogitabat Bruce; puto simpliciter eum, qui posuit, locutum esse de matribus suis, id est patriis.

951 Some days before I came to Boulness [a. 1739], there was a stone found about 10 inches square; . . . the stone being of no great weight, I gave my landlord a shilling for it, who had it in his dyke, and took it away with me CLERK apud HUTCH. Numerus VI intra sertum positus est.

LEGIO
 V VI P
 F F

Baron Clerk apud Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 490 in tab. ad p. 410 fig. 21 (inde Hodgson 2, 3 p. 227). *Legio VI v(ictrix) p(ia) f(idelis) f(ecit)*

952 There was lately dug up at Bowness, in Cumberland, very near the western extremity of the Picts wall, and the most western station thereon, a red freestone, about 3 feet long, 16 inches broad, and 2 inches and a half in thickness, with the inscription following, in Roman capitals:

ONIANVS DEPIC
 SED DATE VITE IVRA QVARTVS
 SVPPLEAT VOTIS FIDEM
 5 AVREIS SACRABO CARMEN
 MOX VIRITIM LITTORIS
 VENVSI

There are fragments of another line at the top and probably there may have been several more, as it is impossible to ascertain what length it may have been when entire.

Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 486 (inde Hodgson 2, 3 p. 227 qui addit: of which I could find no trace nor recollection among the people of Bowness) ex ephemeridibus the *Cumberland Packet*; editores adnotant: we cannot vouch for the accuracy of the above inscription, as we have not had an opportunity of examining the original.

Ficta non est, sed tam corrupte descripta ut restitui nequeat; unde inter suspectas relegare nolui.

LIX. NETHERBY.

A Luguvallio (cap. LV) viam Romanam eam, quae ex regionibus Brigantum versus septentriones ducebat cuiusque mansiones itinerarium servavit (p. 467, 1 ss.), trans valli lineam magis etiam extensam fuisse indeque stationes, quae post Luguvallium sequuntur, Castra exploratorum, quae inde distabant m. p. XII, et Blatum Bulgium (sive burgium) totidem m. p. ab hoc remotum, quaerendas esse in Cumbriae regione maxime septentrionali et in Scotiae partibus finitimis consentaneum est videturque ipsis viae vestigiis confirmari. Horsleius sane (p. 409) vestigia satis certa esse affirmat itemque m. p. fere XII a Luguvallio, ubi Castra exploratorum quaerenda sint, eius viae lineam incidere in castrorum reliquias conspicuas ad *Netherby* sitas, quas *Camdenus* (ed. VI p. 643) propter *Esk* fluvium nomine Aesicae (supra cap. L) fuisse suspicatus erat perperam. Horsleium secuti sunt antiquarii Britanni quod sciam omnes (*Stukeley* it. bor. p. 58; Goughs *Camden* 3 p. 449; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 533 ss.; Hodgson 2, 3 p. 249; Bruce *wall* p. 355 ss.). *Netherby* vicus sedesque est gentis *Grahamorum*, a *Longtown* versus septentriones, versus orientem a *Kirkandrews* in ipsis castrorum Romanorum vestigiis sita *Lelando* (itin. 7 p. 69) iam notis; post a. 1725, quo *Stukeley* locum adiit, variis temporibus variae aedificiorum, ut balnei, parietinarum, anaglyphorum et operis tectonici reliquiae (inter alia signum Genii alicuius corona turrata ornati, fortasse castrorum, cf. *Gordon* it. sept. p. 77. 97 tab. 38; *Horsley* p. 272 *Cumberl.* 49; Hutchinson 2 p. 537 tab. 3 fig. 9; Lysons *Cumberl.* p. 154, 71; Bruce *wall* p. 358) lapidesque inscripti non pauci reperti sunt, quorum permultos ab interitu servaverunt loci domini inde a Roberto Graham ad eum, qui nunc vivit, Fridericum Ulricum (cf. Lysons *Cumberl.* p. 162; Bruce *wall* p. 426). Servantur ibi etiam lapides aliquot aliunde petiti, veluti *Amboglannenses* (supra cap. LII;

item n. 934) et *Corstopitenses* (supra cap. XXXIX); distinguuntur autem tituli illi externi a reliquis nullo negotio. Sed tituli numeri exploratorum ibi collocati mentionem nullam faciunt; faciunt cohortis I Aeliae Hispanorum, quam supra iam *Uxelloduni* (cap. XXXIII) habuimus, itemque cohortis I Nervanae Germanorum (n. 953). Illam saeculo sane tertio in *Netherby* castra habuisse docent aedificia ab ipsa extracta (n. 964 cf. n. 954. 963? 965. 966. 967?). *Hadriano* imperante legionem secundam ibi quoque in castris muniendis fuisse occupatam ex titulo n. 961 discitur; praeterea etiam sextae legionis vexillationem (n. 968) et cohortes centuriasque incertas (n. 968. 971) simili operi intentas ibi fuisse apparet. Itaque cum exploratores non in ea sola statione, sed fortasse per castra limitanea alia complura dispositos fuisse probabile sit, nomen castrorum *Netherbiensium* prudentius erit in incerto adhuc relinquere. Castra vero exploratorum videntur quaerenda esse ad oram *Esk* fluvii prope *Longtown* et ad paludem the *Solway moss* (unde fortasse prorsus evanuerunt) ibi, ubi via Romana Luguvallio Blatum Bulgium fines Scotiae hodiernae tangit (cf. *Roy milit. antiq.* p. 118). Tituli in universum docent castra exigua non fuisse atque inde ab imperatore *Commodo* fortasse ad *Alexandrum* (n. 962—965) maxime floruisse; praeterea commemoratione digna non multa referunt. Continent enim deorum tam peregrinorum quam Romanorum dedicationes; tituli sepulcrales rari sunt (n. 672); classis Britannica ibi ut *Amboglannae* pedaturam videtur habuisse (n. 970).

1. Primus hic quoque *BAINBRIGG* titulos vidit ac descripsit (n. 961); praeterea ab ANONYMO (fortasse *Sibbaldo*) titulus unus (n. 963) communicatus est cum *CAMDENO* sive *COTTONE*, qui in schedis mansit ineditus.
 2. Paucos addidit *GIBSON* *Camdeni* editor (n. 957. 962).